

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema XXVIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130978)

THEMA XXVIII.

Hiob. 7.

Militia vita hominis. Dies mercenarii.

Thematis huius Dispositionem vide supra in I, parte Promptuarii, Classe V. Numero VI. pagina 341.

THEMA XXIX.

Hiob. 5. v. 17. & 18.

Beatus qui corripitur à Domino. Itaque non reprobes correptionem Domini. Quia ipse vulnerat & medetur, &c.

DISPOSITIO.

Verba sunt Eliphaz Themanitis, amici Hiobis & viii alioquin non exiguae auctoritatis Qui licet in principali statu controuersiae, disputans cum Hiobo, errauerit, dum ipsum propter certum & singulare aliquod commissum scelus sic à Deo flagellari affirmaret: tamen in aliis (praesertim de Deo) vere & eleganter disserit, adeo vt Paulus Apostolus verba huius Eliphaz, ex hoc ipso capite allegare non fuerit dedignatus, 1. Cor. 3. v. 9. Comprehendit astutos in astutia sua Et conuenit hic insignis locus cum multis aliis scripturae locis. Quae vers. 17. leguntur, congruunt cum his quae Prou. 3. v. 11. & Heb. 12. v. 5. habentur.

Quae vero vers. 18. leguntur, conueniunt cum his, quae Deut. 32. v. 39. & 1. Sam. 2. v. 6. habentur. Itaque haec sententia Eliphaz Spiritus sancti verbis plane est conformis.

Est autem illius propositio, Non a gre ferendam correptionem Dei. Huius sui affirmati tres afferit rationes grauiissimas.

Quia igitur vix quicquam est, quod difficilius sibi persuaderi paritur caro nostra, quam hoc ipsum, vt a quo animo ferat calamitates: agite, nos iam argumenta

F

per